

ΖΟΥΤΕΣ, Quomodo ἀντιλογία istam, sive veram, sive φαινομένην, quam nostris Ecclesiis obijciunt Adversarij, ita conciliare queant, ut nullus dubitationis scrupulus maneat reliquus.

12. Nos litem hanc, non facimus nostram: quippe solo stantes Prototypo, quod docet per verbum & sacramenta donari spiritum sanctum, qui fidem postmodum efficiat, in ijs, qui audiunt.

13. Idem statuimus de mutatione octavi, & decimi quarti Articulorum, cuius instituendae, quae fuerit ratio vel causa, certè non liquet. Supervacanea ergo prorsus censenda: & vel ideò prototypi puritati ac candori postponenda.

14. Constat verò duorum primorum Articulorum ἐργασίαι duabus illis partibus, confessioni nostrae consuetis: Ἰέσει expositione verae sententiae: & ἀντιἸέσει remotione falsa: Articulus verò decimus quartus una duntaxat Ἰέσει absolvitur.

---

### PARS I. ΘΕΤΙΚΗ ΑΦΦΙΡ- mativa.

15. Θεσις secundum tres distinctos Articulos, tribus distinctis constat questionibus: Quarum prima est, de Efficacia Ministerij verbi & Sacramentorum: Altera, de usu & efficacia Sacramentorum animalis